



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Vnam puellam. 213

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

roto corpore miræ rei indicijs,
impotenter insanire; Sed mox in-
ter eos gestus migravit obsessor,
& liberam incolumemque femi-
nam omisit. Hic illa de frequen-
tia paullùm seducta, gratias Nu-
mini persoluit pro libertate per
IGNATIVM recepta.

213 Puellam quoque in agro
Senensi, Vlnam, Gratiano Gala-
tio genitam, anno xxcix. eadem
spectra vehementer perturbaue-
rant. Nā crebra illi occurfabant,
atque ad flagitium infame cum
perpellere non possent, atrociter
multabant: plagarum vibicibus
in contuso corpore relictis. Perijt
illa reperitq; in IGNATII imagi-
ne tutelam.

214 Sed annus proximè sæcula-
ris c. 10. c. tragicæ rei multo
grauissimum spectaculū præbuit.
Seriem eius perscriptam, ego in
compendio hîc quàm verissimè
potest.